

Stephanus Galdeti

*Utrum simul quis possit peccare  
venialiter et mereri vitam eternam*

Editor: Florina Hariga

*work in progress*  
26.06.2026

Manuscripts:

*P1* Paris, BnF lat. 16408

*P2* Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Utrum simul quis possit peccare venialiter et mereri  
vitam eternam**

De posse, peccato veniali, merito, similitudine, aliqua considerata  
occurrunt. ter in CLIVINTON

5 Primo, questio querit de triplici possibilitate de qua possunt poni tres  
conclusiones affirmative, scilicet quod possibile est peccare venialiter;  
secundo, quod possibile est mereri vitam eternam; tertio, quod possibilia  
sunt ista simul.

10 Hec autem tertia conclusio potest subdividi dicendo: primo, quod hoc  
est possibile per diversos actus, quia non est repugnantia obligationum  
vel imputationum, scilicet ad penam temporalem et gloriam eternam,  
nec retributionum successive.

15 Secundo dici potest quod hoc est impossibile per eundem actum, nam  
vel talis actus est factus cum omnibus circumstantiis cum quibus debet  
fieri, ut sit bonus moraliter et tunc, scilicet fiat ex gratia erit meritorius  
et nullo modo defectuosus, nec alicui modo peccatum. Si autem non  
est factus ut debet etc., non potest procedere ex caritate, que non  
agit propriam, ut arguatur sic omne meritum est ex caritate || nullum  
peccatum est ex caritate quamvis aliquod stet cum caritate, igitur.  
20 Item talis actus vel esset simpliciter eligibilis et tunc eligendum esset  
peccare, vel non, et hoc non cum eterna vita sit magis eligibilis quam  
pena eterna fugibilis etc. Ex primo medio vel simili probat GREGORIUS  
nullum esse actum indifferentem ad bonum vel malum moraliter. Item  
non est possibile eundem actum esse difformum et conformum eidem  
25 legi eterne.

P2 120v

Due prime conclusiones, scilicet prima et secunda, dubitabiliores  
sunt tertia. Prima namque dubia de potestate peccandi venialiter ex  
tertius. Primo ex hoc quod omne peccatum ut ex aliquibus dictis supra  
potest aparere sit transgressio eterne legis immense obligantis. Tertio  
30 propter offensam persone vel essentie immense dignitatis. Tertio propter  
inproportionem temporalis et eterne penalitatis, quia videtur quod  
nullarum malitiarum possit esse similis proportio. Alie cause tanguntur  
supra de perfectione que facit mortalem. De veniali indecente cum  
mortali et sic de similibus eis quibus videtur in quolibet actu defectuose  
35 sufficiens imputabilitas ad penam eternam.

Secunda conclusio potest corelari esse dubia propter defectum

---

1-4 utrum — Clivinton] *om.* P2      1 utrum] 13 folio *add. in marg.* P1  
11 vel imputationum] *sup. lin.* P1      penam] *eter add. sed del.* P1      12 nec]  
in con *add. sed del.* P1      24 eidem] *sup. lin.* P1      35 penam] vitam P2

libertatis ex divina prescientie. Item, quia ad absolute mereri requiritur esse predestinatum et in gratia quod non est in potestate viatoris. Item, quia in nullo est intrinseca imputabilitas vel dignitas ad eternum premium. Item, quia Deus non dat propter merita gloriam, sed potius  
 5 econtra.

In tertio dubio possunt tangi aliquae difficultates pro et contra vel in processu tangent arguentes. Pro omnibus difficultatibus vel aliis quas premitteret recurrere ad rerum omnium causam et difficultatum omnium unicum salutium, scilicet ad Dei liberrimam voluntatem. Sic liberrime  
 10 obligante sub certa pena eterna vel temporali de qua tamen multa ad propositum possunt tangi dubia.

An sit causa possibilitatis cuiuslibet negationis etc., ut actor *De causa Dei* ponit vel non ut alii corelare dicunt.

|| An sit causa precisa unde actus aliquis est meritorius vel sit prius  
 15 natura talis actus sit imputabilis. P2 121r

An possit libere seu ex sua libertate pro qualicumque actu dare vitam eternam et an hoc sit ipsum esse meritum.

An sit causa quare A actus sit factus est peccatum et quare veniale vel mortale, nam iustum est sic esse.

20 An quecumque vult ad extra libere contingenter vult BOKINKAM quod non de Adam fuisse vel esse et quod horum est prius necesse esse.

An immense obliget vel finite tantum est difficultas, sicut de agere et multa alia.

Potest tamen ad propositum de ipsa formari dubium an divina  
 25 voluntas ex sua libertate eundem actum possit imputare ad penam temporalem et premium eternum ac per hoc pars affirmativa conclusionis vera sit.

Divina voluntas est causa omnis varietatis rerum specificae et mortalis, et finitatis, et novitatis temporalis ex sua libertate et ideo ad ipsam pro  
 30 omnibus que in titulo tibi finaliter occurrent difficulta retine.

Ad huc magis confidera de proposito.

|| De causa possibilitatis rerum, de causa tertie impossibilitatis per  
 eundem actum et possibilitatis per diversum aliquid. P1 73v

---

**2** in gratia] *sup. lin. P1*    **12** causa] cuiuslibet *add. sed del. P2*    negationis] *sup. lin. P1*    etc.] *iter. sup. lin. P1*    **15** natura] *sup. lin. P1*    **25** ex sua libertate] *sup. lin. P1*    **28** specificae et mortalis] *sup. lin. P1* ; *om. P2*    **30** finaliter] *sup. lin. P1*    difficulta] *recurr. add. sed del. P2*    **31** magis] *sup. lin. P1*    proposito] voluntas *add. sed del. P2*    **32-33** de causa possibilitatis — per diversum aliquid] *om. P2*

A voluntate creata non est nec potest esse quod aliquis actus suus sit veniale peccatum, quamvis enim ab ipsa et divina agente principaliter sit A actum suum esse ab ipsa sola sic ipsum esse peccatum, ymo forsan esse mortale, penam tamen ipsum esse venialem a sola divina voluntate est. Considera de hiis.

A sola divina voluntate est quod actus aliquis inputetur ad premium, ymo quod sit imputabilis intrinsece, sed quod imputetur est ab ipsa libere quod sit imputabilis est ab ipsa neccesario. Non quidem per actionem elicitam, sed ista causalis vera est, quia Deus vult ipsum esse imputabilem vel forsan a divino posse. De hoc considera.

Sicut vult Adam fuisse vel sic esse ut primum principium significat.

Nullus actus ex se et intrinsece est imputabilis vel acceptabilis. Non enim est acceptabilis nisi quia aliquis est qui potest ipsum acceptare. Ex nulla efficientia seu etiam formali asistentia Spiritus Sancti ut forme vitalis et habitualis ipsi merito redditur actus intrinsece imputabilis. Patet nam nec efficientia divina hoc habet que tamen est eque immensa et eque intrinseca actui, esset a qua sola potest esse huius actus. Item illa circumstantia non est laudabilis, quia nec Deo, nec voluntati, quia Deus non videretur etc. Et per consequens nec per hoc quod est a creata caritate est actus meritorius, sed a sola divina libertate.

Adverte quod rerum actualis existentia est a liberrimo Dei velle principali et hoc active et elicitive eo quod, scilicet actu existentia a Deo aguntur earum futuritio a Dei velle non tamen active continetur tamen, quia nulla quin aliter naturaliter vult illa fore. Preteritio a Dei voluisse illa esse et forsan non A velle illa fuisse vel si sic non tamen continetur propter articulum de hoc BOKINKAM.

Rerum possibilitas a Dei posse antecedente quodammodo natura Dei velle non tamen active, id est, ista causalis est vera, quia Deus potest etc.

An autem a divino scire, scilicet dici potest aliquid, forsan quod verorum necessariorum, quia esto quod non vellet tamen sciret scibilitas

---

1-5 a voluntate — de hiis] prima conclusio *add. in marg. P1* 1 nec potest esse] *sup. lin. P1* 4 penam] *sup. lin. P1* 6-10 a sola divina — de hoc considera] secunda *add. in marg. P1* 11 sicut vult Adam — significat] *om. P2* 12-20 nullus actus — divina libertate] esse posse scire velle velle scire a divino esse quecumque necessitas et impossibilitas a posse possibilitas a scire scibilitas necessariorum a velle existentia fuit *add. in marg. P1* 21-26 adverte — Bokinkam] A dependens *add. in marg. P1* 22 actu] *sup. lin. P1* 24 Dei] illa *add. sup. lin. sed del. P1* 26 propter] hoc *add. sed del. P1* 27-29 rerum — Deus potest etc.] de ordinibus et prioritatibus *add. in marg. P1* 30 dici potest aliquid] aliquid potest dici *a. c. P1* 31 quia esto — tamen sciret] *sup. lin. P1*

est originaliter a Dei scire licet contingentium scientia sit a velle.

A divino vero esse est necessitas omnium verorum necessariorum si sit alica entitas, et ideo si respectu eorum qui attribuntur ipsi esse posse scire sit velle, et illa sint a Deo volita, sunt posteriora divino velle de ipsis, id est non quia vult precise etc.

Ex hiis patet quod impunitas actus est a divino posse necessario non elictive, nec per velle antecedenter saltem liberum. Actualis autem imputatio est liberrima a divino velle quo actualiter imputat certa. Hoc diceret BREDWARDINUS utrumque esse a divino velle actualissimo.

Averte de distinctione inter velle Dei quo vult pro aliquo actu finaliter dare vitam eternam, nam et hoc solum vult pro meritis predestinare, et hec non est mereri causa. Et de velle quo vult actum esse dignum vita eterna, et imputabilem quamvis non de inesse absolute imputatum, nam istud causat mereri. Per hoc patet de prescito et predestinatu.

Etiam inter velle quo vult aliquem voluntati beneplaciti omne fore vel fieri, et velle quo simpliciter complaceret in bone et iuste vel quo complexe vult a taliter esse vel fieri vel sufficeret esse iustum, nam ultimum est lex eterna. Similia latenter habe pro argumentis que fient.

ASTONA, BRAQUIN, BREDWARDINUS –

Finis quod omnis possibilitas a Deo est de non implicatione non est forsitan necesse propter necessitatem puram, solum a carentia divini velle.

|| Vel simul sit possibile eundem mereri vitam eternam et peccare venialiter est ab eius omnipotentia infinita P1 74r

Tertia quod simul possit per actus diversos quis peccare venialiter et mereri vitam eternam est ab eiusdem posse. Et quod Deus de facto sic contingat est ab eiusdem liberrima voluntate.

Et quod non possit quis per eundem actum non contingit ex defectu vel ex repugnantia ad potentiam Dei infinitam, sed quia repugnat eiusdem || iustissime voluntati et equitati YBERNICUS de dampnatione innocentis, inquit, “potest quidem de potentia, sed non de iustitia”. Gen. 19, Angelus Loth petiti ut posset intrare quamdam portam P2 121v

---

1 scientia sit] *sup. lin. P1*      10–15 averte — predestinatu] nota precisionem  
*add. in marg. P1*      12 causa] *sup. lin. P1*      16 omne] *sup. lin. P1*      19 est]  
*ly add. sed del. P1*      20 Astona, Braquin, Bredwardinus] *in marg. inf. P1*  
21–23 finis — divini velle] *in marg. inf. P1*      24–25 vel simul sit — infinita]  
*om. P2*      27 mereri] *v add. sed del. P2*      de] *sup. lin. P1*      28 voluntate]  
vel simul sit possibile eundem mereri vitam eternam et peccare venialiter est ab eius  
omnipotentia infinita *add. in marg. sup. P1*      32 inquit] *sup. lin. P1*      non]  
*om. P2*      33 petiti] petenti *P2*

civitatis quando Sodoma fuerat subvertenti dicit *non possum quidquam facere donec illo introeas* super quo AUGUSTINUS et recitatur in 1 libro, distinctione 43: “non posse, inquit, dixit utique quod poterat per potentiam, sed non per iustitiam”. Idem super illud Matth. 19: *facilius camelum*, verba supradicta potest quidam. Ex suprascriptis aliqua pone ad propositum.

In tertio puncto potest esse triplex dubium. Primo an sit possibile eundem per diversos actus ordinari ad penam temporalem et vitam eternam quod posset videri impossibile ex eo quod tunc Deus eundem diligeret et odiret vel propter aliquam causam si melior occurrat.

Vel an per eundem actum sit hoc possibile quod dupliciter potest esse dubium vel, quia dubium est an Deus actum venialem et male factum qui est dignus pena temporali possit imputare ad eternum premium post illam penam inflictam etc. Nam trium talium imputationum sunt possibles etc., et hic non videtur possibile, scilicet actum malum acceptare, et hoc est ex necessaria concomitantia ad divinam iustitiam.

Aliter istud membrum possit esse dubium videlicet, quia Deus actum bonum meritorium, quia non est summus aut aliunde que non est mala circumstantia possit imputare ad penam temporalem quam etiam iustissimo absque peccato sue vel defectu conclusionis potest imputare, et hoc dubium.

Etiam apud aliquos de non intrinseco bono aut digno, nec etiam malo reputatur impossibile quod possit imputare ad premium, quamvis enim gratis possit conferre absque merito. Non tamen pro merito, nisi sit intrinsece acceptabile.

Aliud dubium posset circa hoc quartum punctum de eodem actu propter diversas circumstantias, sed istud sublatum est, quia non est possibile eundem esse bonum et malum, ymo nec forsitan indifferentem.

De indifferenti etiam dubitari potest, quia posset, ut videtur, acceptari et ad penam imputari, ut videtur, || ex tactis.

De hiis magis considera.

Pone probabiliter quod omnem actum libere factum non deformem seu difforem eterne legi, et per consequens conformem sibi potest libere ad eternum premium acceptare. Sed an pro illo sub alica ratione possit

P2 122r

---

1 quidquam] quodpiam P2      3 quod] aliquid P2      9 impossibile] quod  
 add. sed del. P1      11 potest] p. c. P1      13 pena] eterna add. sed del. P2  
 14 inflictam] facta a. c. P1      5/14-6/17 possibles — causa] sup. lin. P1  
 15 hic] hoc P2      15-16 et hoc — iustitiam] sup. lin. P1 ; ymo nec indirecte  
 ut dicunt aliqui a. c. P1      16 necessaria] coi add. sed del. P2      17 possit]  
 potest P2      18 que] quia a. c. P1      24 conferre] ab ni add. sed del. P2  
 26 quartum] p. c. P1      31 de hiis — considera] om. P2

punire, sicut et iustum punit, et alienum defectum videtur imputare dubium aliququaliter.

Sed istud non este ad propositum, nam et si sic esset possibile Deo non tamen propter hoc huiusmodi creatura peccaret venialiter per illum  
5 actum conformem legi eterne.

Ex hiis patere potest intrinsecam imputationem ad premium provenire ex conformitate ad legem eternam que nullam dignitatem, sed solam possibilitatem ponit.

Sed que divina sit inter legem eternam et Dei voluntatem  
10 acceptantem ad premium. Patet ex dictis de lege eterna que est voluntas qua vult huiusmodi actum esse iustum, non tamen propter hoc dignum, nec meritorium, sed voluntate acceptante vult ipsum esse meritorium. Ita quod distinctio est in divinis volitis etc.

|| In hiis sequendo actorem *De causa Dei* salvantem voluntatem  
15 Dei principalissimam ad quam omnia reducendam. AUGUSTINUS contra philosophantes actualissimam omnium positiones et omnium quorum est aliqua causa non motam ab alico extrinsece liberalissimam omnia gratis dantem, et cetera ut difficultates exigent etc. Non a libertate nostra independentem in suis volitis ex se determinative. P1 74v

20 Collige puncta tangenda finaliter pro tribus difficultatibus quanto poterit difficiliora et latenter et inexpugnabiliter sustinibilia, sine repugnantia in positione et refferentibus.

Ter. Primum. Prima conclusio: nulla est possibilis viatori eterne legis transgressio ex aliqua sibi intrinseca circumstantia venialis, sed, scilicet  
25 aliqua sit talis hoc est ex divina lege misericorditer obligante ipse te iudicabit etc.

Nulla est possibilis viatori eterne legis inpletio in eternum premium iuste commutabilis seu eiusdem condigne meritoria, sed tamen ex Dei voluntate liberaliter acceptante.

---

2 aliququaliter] s *add. in marg. P1* 9 legem] et *add. sed del. P2* 14–19 in hiis — determinative] considera dignitatem *add. in marg. P1* 16 omnium] *sup. lin. P1* 17 omnia] *sup. lin. P1* 20–22 collige — refferentibus] premitenda *add. in marg. P1* 23 ter.] circa a. c. *P1* nulla] viatori possibilis *add. sed del. P1* ; potest esse *add. sup. lin. sed del. P1* legis] possibilis potest esse *add. sup. lin. sed del. P1* 24 transgressio] est *add. sed del. P1* 25 divina] p. c. *P1* lege] *sup. lin. P1* 27–29 nulla est — acceptante] oppositum de Christo *add. in marg. P1* 27 est possibilis viatori] *sup. lin. P1* inpletio] est *add. sed del. P1* ; potest esse ex se *add. sup. lin. sed del. P1* 28 eiusdem] *sup. lin. P1* Dei] lib gratitissima et lib voluntate *add. sed del. P1* 29 voluntate] *sup. lin. P1* acceptante] per nullam unam actionem potest quis peccare venialiter *add. sed del. P1*

Nulla viatoris actio potest esse eterne legis transgressio venialis et eiusdem inpletio salutaris a Dei qualitercumque omnipotentia dispensante. Media sequitur etiam quod non potest Dei voluntas actum difformem imputare ad premium, et per consequens conformem, nec ad suplicium.

Ex prima sequitur quod quolibet transgressio possibilis in electis, quamvis secundum legem premerito impossibilis sit causati, potest dici quodammodo transgressio venialis. Deduc fortiter.

Secundo sequitur quod multe prescitorum vel aliqua transgressionem etiam secundum legem currentem compossibiles caritati possunt dici quodammodo mortales. Patet de peccato veniali in quo quid decedit. Patebit de omni verbo econverso etc.

Ex secunda sequitur quod nec creata caritas, nec etiam increata, ut forma habitualis actum meritorium principians dat actui meritorio ad premium intrinsecam dignitatem. Deduc aqualiter de merito presciti qui nunquam per hoc fuit dignus. -

Secundo sequitur quod non proprie propter actum meritorium datur eterna vita, set potius econtra. Deduc nunquam agit opus agentum. -

In Ps. *nunquam in viis tuis ambulaverint.*

Premittenda seu conclusionibus sunt. -

Diffinitio peccati GREGORII probata. Diffinitio peccati venialis BOKINKAM ab qualiter collata. Item BREDWARDINUS de merito ex hiis de compossibilitate.

Tertia conclusio: nulla eterne legis transgressio ad premium, nec eiusdem inpletio ad suplicium a Deo iuste poterit imputari qualitercumque eiusdem omnipotentia dispersante.

Ex hac sequitur quod nulla viatoris possibilis actio potest esse eterne legis transgressio venialis et eiusdem inpletio salutarum.

---

1-5 nulla viatoris — suplicium] Gregorius *add. in marg. P1* 1 eterne legis] *sup. lin. P1* 2 qualitercumque omnipotentia] omnipotentia qualitercumque a. c. P1 3 dispensante] sequitur quod nulla potest esse mortalis actio in divinis *add. sed del. P1* 4 difformem] p. c. *sup. lin. P1*; defectuosum a. c. P1 et per consequens conformem] *sup. lin. P1* nec] bonum *add. sed del. P1* 6 possibilis] *sup. lin. P1* 7 secundum legem premerito] p. c. *sup. lin. P1*; repugnavit a. c. P1 8 transgressio] *sup. lin. P1* 9 vel aliqua] *sup. lin. P1* 12 etc.] *sub lin. P1* 14-15 ad premium] *sup. lin. P1* 15 merito] electi *add. sed del. P1* 16 per hoc — dignus] *sub lin. P1* 20 premittenda — conclusionibus sunt] quod prescians contra Ripam *add. in marg. P1* premittenda] *conc add. sed del. P1* 22 Bokinkam] *sup. lin. P1* Bredwardinus] *sup. lin. P1* 23 compossibilitate] possibilitate a. c. P1 24-26 tertia conclusio — dispersante] de quolibet puncto tres conclusiones *add. in marg. P1* 25 a Deo] *sup. lin. P1* 26 eiusdem] di a. c. P1

~~Ex hac sequitur responsiva ad quesitum quod quamvis diversis actibus.~~

~~Peccatum est dictum vel factum contra legem eternam.~~

~~Mortale dignum morte gratie et pene etc. ad propositum~~  
 5 ~~conclusionum, vel stabit, vel vivere, sicut de bene vivere.~~

~~Peccatum mortale cum quo non stat vita veniale cum quo stat vita, unde vero duplex gratie et glorie. Mereri vitam eternam BREDWARDINUS. Posse non oportet declarare.~~

~~Ex hiis procede.~~

10 ~~Pro conclusionibus describi per dignum vulgariter pena temporali et eterna etc.~~

~~Consimiliter de peccato, consimiliter de mereri, considera.~~

---

1 sequitur] quod et negativa *add. sed del. P1*      responsiva] *sup. lin. P1*  
 7 vitam eternam] *sup. lin. P1*